

persona contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Item,
 si qua persona civis vel habitatrix Tergesti recipiet seu rece-
 177 B pisset aliquam pecuniam, vel promissionem // aliquam fecisset
 de eundo ad aliquas partes ad stipendium, vel causa dampni-
 ficandi aliquas personas, vel se obligaverit ire ad dictas partes 5
 tam cum soldo quam sine soldo, quamquam non iret, dum
 tamen esset in actu eundi, et si inveniretur vel sciretur quod
 aliqui essent assoldantes ipsos sive capitanei ipsorum, quod
 tales recipientes pecuniam sive promittentes cadant [ad penam]
 libr. vigintiquinque par. pro quolibet et vice qualibet contra- 10
 facta, et talis asoldans sive capitaneus cadat ad penam libr.
 quinquaginta par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta.
 ¶ Si qua vero persona recederet de aliquo stipendio cum solu-
 tione stipendii in parte vel in toto ante terminum ipsius sti-
 pendii, et aliqua persona conquereretur de tali persona que 15
 recessisset, tam personaliter quam per nuntium sive litteras,
 coram dominio Tergesti de tali persona que recessisset cum
 solutione dicti soldi, tunc dominium Tergesti sive iudices Ter-
 gesti, coram quo vel quibus predicta peterentur, facere debeant
 petenti summarium ius, et dicto tali petenti seu litteris adhi- 20
 beatur plena fides, et incontinenti constringere dictam talem
 personam contrafatientem ad solutionem fatiendum eidem de
 predictis, et nichilominus talis contrafatiens cadat ad penam
 libr. decem par. comuni Tergesti.

Cap. CII. De penis statutorum que veniunt in 25
 comune.

178 A **F**irmamus statuendo quod omnes pene in // hoc volumine
 statutorum comprehense deveniant in comuni Tergesti,
 exceptis partibus condemnationum predictis spetialibus, que
 deveniant personis prout in ipsis statutis continetur. 30